

Hieronymus Freyer

**Ad Avdiendos Sermones Vltimos Dvorvm Selecti Ordinis In Paedagogio Regio  
Alvmnorvm Et Reliqvos Examinis Pvblci Actvs Die XXVI Et XXVII Septembris  
Praesentia Sva Cohonestandos Stvdiorvm Scholasticorvm Patronos Et Amicos ...**

[Halae Magdeburgicae]: [Verlag nicht ermittelbar], [1742?]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1672447437>

Druck    Freier  Zugang





*Hb 1059.*





Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn1672447437/phys\\_0004](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1672447437/phys_0004)

**DFG**

*Paedagogio Hal. Magdebr.*

**A**AD AVDIENDOS  
SERMONES VLTIMOS DVORVM SELECTI ORDINIS  
IN PAEDAGOGIO REGIO ALVMNORVM

ET

**RELIQVOS EXAMINIS PVBLICI ACTVS**

DIE XXVI ET XXVII SEPTEMBRIS

PRAESENTIA SVA COHONESTANDOS

STVDIORVM SCHOLASTICORVM

**PATRONOS ET AMICOS**

CVM DEBITA OBSERVANTIAE ATQVE

OFFICIORVM POLLICITATIONE

INVITAT

POST QVAM

**DE LABORIS ACTI IVCVNITATE**

ALIQVID PRAEMISIT

**HIERONYMVS FREYER**

PAEDAGOGII REGII INSPECTOR.



*Hb 1039*

**A**cti labores (a) iucundi. Quid mirum? Insitum enim  
hoc nobis est, ut saltem aliquid fructus ex curis nostris  
capere velimus: sed vix illa gravior detur, quam ma-  
lorum præteriorum secura recordatio. Ipse quamuis  
amantissimus nostri Seruator, paternæque voluntatis exsecutor  
fidelissimus, patientissimus; tamen exantlatis, quas pro nobis  
suscepereat, ærumnis, magna voce lætabile illud ac fiduciae plen-  
num (b) τετέλεσα exclamabat: sic, facta esse omnia et trans-  
acta, haud obscure significans; pulcherrimamque sibi beatissimæ  
hereditatis (c) sortem iam parari ex propinquo. Et quid pro-  
posita piis (d) præmia sibi volunt, quid promisæ certantibus (e)  
coronæ, quid lacrimæ (f) abstergendæ; famisque, sitis, æstus  
et aliarum abolitio calamitatum: nisi iuuabit aliquando et æternæ  
pars felicitatis futura est, quæ tolerauimus hic et quibuscum sumus  
conflictati, inter cælestes cum gaudio meminisse? Sed hæc et con-  
similia sacrarum litterarum cultori fortassis aecmodationa sunt,  
ut pote ex theologorum decerpta campo: et aliis communia ma-  
gis et in vulgus notiora placebunt rectius. Sit ita: ex multis ager,  
castra, ludus se iam offerunt mihi.

Nam qui terram colunt, siue suum ipsi opus faciant, siue  
mercenariam possessori prætent operam, vitam agunt oppido  
molestan: calori, frigori, ventis, imbribus, aliisque aeris ac  
tempestatum iniuriis in quamvis horam obnoxii. Nec tamen de-  
est, quo solentur se et quod consecuti in laboris diurni obliuio-  
nem facile veniant. Efficit hoc vesperi licet seri aduentus: cibo  
potuque recreans defatigatum corpus, et tandem ad reparandas  
eius vires membra debilitata gratisimæ (g) Dei dono quieti  
tradens. Et quæ porro non ista est agricolæ solerti felicitas: vbi  
diu inter spem ac metum constitutus, casusque tandem præterue-  
ctus oinnes, autumno aduentante (h)

*proprio condidit horreo,  
quidquid de Lybicis verritur areis?*

Quis iustius magisque ex animo concessum sibi (i)

otium

- (a) Cic. de fin. I. 2. c. 32. (b) Ioan. 19, 30. Luc. 23, 46. (c) Ps. 16,  
5. 6. (d) Rom. 2, 7. 1 Cor. 15, 58. 2 Thesf. 1, 4. 7. Apoc. 14, 13. (e)  
1 Cor. 10, 24. 25. 2 Tim. 4, 7. 8. Apoc. 2, 10. (f) Apoc. 5, 16. 17. c. 21, 4.  
(g) Virg. æn. I. 2, 269. (h) Hor. I. I. od. I, 9. (i) Ibid. v. 16.

*otium et oppidi  
laudat rura sui?*

An tunc inaniter aratori aut simulate (k)  
*tempus in agrorum cultu consumere, dulce est?* Nequaquam.  
*Viuite contenti casulis et collibus istis,*  
*o pueri, dicit: panem quæramus aratro,*  
*qui satis est mensis* (l).

Militum alia officia et incommoda sunt: alia etiam gaudia. Leuior autem viderer, si in censum hic ea tantum venire vellem, quæ in præsidiis fiunt et stationibus: ubi excubant, vigilant, algent, frigent, iubent, parent, exercentur, exercent; sed suo quisque tempore et ordine, et cum respirationis atque otii vicissitudine varia. In castris duriora perferenda sunt: fames, siti, rapinæ, nuditas, cædes. Dies noctesque iam vigiliis, mox excursionibus consumendæ: æstates inter proelia sudandæ, immo sëpe hiemes etiam agendæ sub pellibus: nec ullum inter hæc minus, quam ducem (m) πανώχιον ἐνδειν, hoc est, dulci per totam frui noctem somno decet. Sic factum nuper in Silesia, sic in Bohemia et Moravia continuatum audiuimus, legimus, stupuimus: at sic partam quoque Deo fauente victoram, gloriam, pacem, totus orbis nouit ac miratur. Nunc autem dum omnia, saltem in his terris nostris, quieta sunt, tuta omnia, et negatæ maioribus prouinciæ receptæ: fieri non potest, quin regressi ad stationes Martis filii suo ipsorum periculo gaudeant, nihilque exhausti laboris memoria sit iticundius, et superatarum renouatione difficultatum dulcius nihil. Quid mirabor igitur, si et prouinciales, quibus hæc miracula ad stuporem vsque haud vana fide dispensantur, simul ipsi incendi cœperint atque in iustum tanti gaudii societatem libenter venire? Nondum excidit animis, quid Julio superiore factum vbique locorum sit: quum pax gloriofissime parta nuntiabatur populis, solennesque Deo immortalis gratiæ ius fu regio per vrbes et agros agebantur. Ac tum nec vatibus tacere in publica omnium lœtitia æquum videbatur: et quum blandis eorum vocibus etiam noster Helicon cœpisset personare, ipse binos ex minorum poetarum numero, sed multo tamen auditore circumdatos, alterna vice sic canere memini.

(Nunc  
(k) Ouid. ex ponto epist. 7, 69. (l) Iuuenal. sat. 14, 179. (m) Ho-  
mer. iliad. 1, 2, 24.

**N**unc labor est aetus, bona tandem causa triumphat:

Plaude, camenarum quidquid ubique latet.

Plaudite, Marchiacæ, ciubarasque resumite, muse:

Pangentes hilari carmina voce DEO.

**V**ictor enim vestram redit **FRIDRICVS** in urbem:

Et decus insigne, et præmia opima ferens.

Sic **PROAVI** renouat **FRIDRICI** gesta **WILHELMI**,

Cui **MAGNI** titulum publica fama dedit:

Quem præesse suis supremo iure Borussis,

Sarmatiæ agnoscit gens generosa, **DVCEM**:

Qui sibi Cliviacas firmarat fædere terras,

Iuliacis cedens pacis amore bonis:

Cui vicit etiam propior Pomerania Suecis

Ceserat, inuidie (n) mox repetenda minis;

Quamquam dante DEO posthac non pauca recepit

**MAGNVS** et eiusdem nominis inde **NEPOS**.

**P**laudite, Silesiæ, chordasque intendite, muse:

Lætantes **DOMINO**, **REGE**, **PARENTE** nouo.

Venit enim vobis felicia fæcta daturus,

Qui proprium **PACIS** nomen et omen habet.

Immo suum venit repetens, cæptoque fauentis

Numine depresso subueniente **DEI**:

Qui dedit, ut iustum magno cum senore tandem

Ad **DOMINVM** redeat terra negata suum.

**P**laudite, Salanæ, neruosque impellite, muse:

Nil quia nunc reliquum, quod metuatis, erit.

**F**ortis enim ac felix diuino munere **PRINCEPS**

Redditus est vestris incolmisque choris.

Creuit adhuc res vestra insigniter aucta colonis,

Inque diem socios cæpit habere nouos.

Aedificant etiam ciues, musea parantes

Mox habitatori quilibet apta suo.

*Vnde*

(n) Nota est Pauli Hocheri, Cancellatii Cesarei, vox: negantis, Pomeraniæ Elecotori re'inquendam, quod nolint habere regem Vandalorum (Cesarei scilicet ac Hispani). Pufendorf. de rebus gestis Friderici Wilhelmi M. l. 18. n. 1.

Vnde quid ulterius non exspectare licebit,  
Atque bona in reliquum tempus habere spei:  
Postquam spe citius sunt omnia tuta, nec ullos  
Amplius incursus, nobilis Hala, times;  
Et Iano utiliter clauso nunc rursus apertas  
Cernunt, qui properant ad tua templa, vias;  
Ipseque REX tam vult musarum TUTOR ubique  
Certus, quam patriæ prouidus esse PATER?

**D**enique, Glauchiades, quoque vos applaudite, muse:  
Gaudia prodentes, nescia corde premi.  
Namque STATOR uester, qui praesidiumque decusque,  
Qui PATER, et si quid suauius esse potest:  
Hic, sua victrici postquam circumtulit ipse  
Arma manu, subito fulminis instar adevit.  
Sospes adevit: recreans propiores atque remotos,  
Si satis officio fecit veterque suo.  
Et quis non faciat, fidei memor atque verendi  
Debuit: ad obsequium quum bona tanta trahant?  
Vestra salus tota est vestri comprensa salute  
**REGIS** et **AVGVSTAE** prosperitate **DOMVS**.  
Pergite propriea dare supplice mente precantes  
Tura, bono numquam displicitura **DEO**.  
Pergite susceptis pro **REGNO** et **REGE** supremum  
Ore pio votis sollicitare patrem.  
Immo, quod est æquum, nusquam desistite tanti  
**REGIS** et **HEROIS** fortia facta loqui.

Hæc isti bini alternatim: alii alia, quæ non succurrunt: Quare in ludum e castris pedem profero: non illum lusionis, quod Cicero monet (p) de filio scribens ad Q. fratrem; sed discendi. Nam et heic labor multus est ac multiplex. Discendum, dicendum, scribendum, repetendum, tacendum, audiendum: immo ferendum quoque ac flendum; interdum etiam sudandum atque (q) algendum iuueni,

qui cupit optatam cursu contingere metam:

(3)

vt

(p) l. 3. ep. 4.

(q) Hor. de art. poet. v. 412.

vt de gnauis præceptoribus iam nihil dicam, quorum infinita cu-  
ra est, si quidem sedulo res suas ac digne velint gerere. Septem  
in schola nostra ordines atque gradus sunt, per quos ire, non cur-  
rere aut volare, melioris disciplinae alumnos decet: vt datum sin-  
gulis pensum semper absoluant inter æquales et tandem ad postremum,  
quem vocare selectum consueuimus, adscendant; ho-  
nestius deinde et cum eximio curriculi scholastici legitime confe-  
cti testimonio in academiam dimittendi, si anni integri tempus ia-  
vltimis his exercitationibus rite consumiserint, Quotquot igitur  
e nostris eo vsque durant: omnino peregerunt, quæ apud nos  
in litterarum studiis fuerunt agenda. Et, si ad extremum his,  
quod nemo dubitat, acti fideliter per tot annos labores non pos-  
sunt non iucundi esse: multo tamen in progressu studiorum ac vitæ  
iucundiores fore arbitror; quando vnu rerum et experientia edo-  
cti magis magisque intelligent, quam pulchrum sit et utile, matu-  
rescere prius quam maturare; atque id solum satis cito fieri, quid-  
quid fiat satis bene.

Duo autem ex nostris iam auditoribus sunt, quos hoc no-  
mine commendare debeo: IOANNES FRIDERICVS **Senfart**,  
Halensis, Consultissimi in vrbe nostra Viri filius vnius atque vni-  
cus, et HENRICVS ARNDIVS a **Wizleben**, Eques Thuringus,  
ex antiquissima æque ac florentissima hac gente ab annis proximis  
inter nostros iam tertius quidem ac postremus, at bonæ mentis  
indole priorum nemini secundus; vtrique vero tam ingenio  
quam paternarum spe virtutum, pro suc tamen quisque proposito  
et modo, satis conspicui. Ultimum hi in cœtu nostro sermonem  
latinis conceptum verbis cras habebunt: ille quidem *de animi ac*  
*propensionum ex mutatis vitæ rationibus mutatione dicturus*, hic autem  
*de commodis ex usu gestuum in nos redundantibus*. Quare benevolam  
eis PATRONORVM atque AMICORVM præsentiam sic, yti iam  
ab annis aliquot lubens fecit, exoratus erat Collega coniunctissimus.  
Quem tamen quum scirem alias quidem officii sui partes  
fideliter exequi, hoc autem appropinquantis autumni tempore  
salutari præcauentis medici imperio per dies proximos subesse,  
extraordinario hoc leuatum onere amice ac merito volui: sub-  
missæ hanc ob causam ac decenter rogans, vt, qui huc vsque stu-  
diis nostris tam luculenter fauerunt, etiam huic solennitati non

minus

1618. N. 1100. 111. 11. 1011. (p)

minus quam reliquæ iuuentutis lustrationi interesse ne grauentur; ac discessuris pro paterno in eos amore Deum propitium et prosperos cum academicæ tum subsequentis vitæ in rebus omnibus successus ex animo apprecans. Sic et mihi, quidquid hoc laboris acti est, tanto iucundius erit: et ex honorifica tot æquissimorum ac fauentium iudicium præsentia atque attentione alumni nostri fructum capient maximum.

P. P. Halæ Magdeburgicæ in Pædagogio Regio

vii Cal. Octobris cœccc XLII.

## ORDO EXAMINIS.

### DIE XXVI SEPTEMBRIS PRODIBIT

AB HORA VIII AD XII

- |   |                        |
|---|------------------------|
| 1. Classis theologica III.  | 2. Latina IV.          |
| 3. Latina III.  | 4. Theologica selecta. |
| 5. Latina, philosophica et oratoria selecta.  | Tum sequetur           |
| 6. Oratio valedictoria prima, <i>de animi atque propensionum ex mutationibus vitæ rationibus mutatione.</i>   |                        |
| 7. Oratio valedictoria secunda, <i>de commodis ex usu gestuum in nos redundantibus.</i> Quam excipiet IOANNES AVGUSTVS Gründler, Halensis, abeuntibus breui sermone germanico gratulaturus. |                        |
| 8. Latina II inferior.  | 9. Latina II superior. |

AB HORA II AD V

- |                        |                 |
|------------------------|-----------------|
| 1. Theologica II       | 2. Græca III.   |
| 3. Oratoria germanica. | 4. Græca II.    |
| 5. Latina I.           | 6. Historica.   |
| 7. Græca I.            | 8. Arithmeticæ. |

### DIE XXVII SEPTEMBRIS

AB HORA VIII AD XII

- |                                |                         |
|--------------------------------|-------------------------|
| 1. Theologica I.               | 2. Gallica III.         |
| 3. Poetica latina III.         | 4. Gallica II inferior. |
| 5. Poetica latina II inferior. | 6. Gallica II superior. |
| 7. Gallica I.                  | 8. Optica.              |
|                                | 9. Botanica.            |

AB

AB HORA II AD V

1. Poetica latina II superior.
2. Mathematica II
3. Poetica latina I.
4. Mathematica I.
5. Repetitio geographica per classes quatuor.
6. Præparatio geometrica.

## ORATIONES VALEDICENTIVM RELIQVAE

### EX CLASSE SELECTA.

IOANNES AVGVSTVS Grischow, Halensis, de *auto-*  
*cratia psychologica, tamquam veræ felicitatis fonte*, dicet latine.

PETRVS HENRICVS a Papstein, Eques Pomeranus,  
*de officiis nostris circa levitatem aliorum*, germanice.

DAVID CZACKO a Rosenfeld, Eques Transsiluanus,  
*de vanitate in contemtu mortis*, germanice.

### EX CLASSE PRIMA.

FRANCISCVS SIGISMVNDVS, L. B. a Glaubitz,  
*Silesius, de Caroli IV in Marchiam et Silesiam meritis*, latine.

FRANCISCVS CZACKO a Rosenfeld, Eques Trans-  
siluanus, *de magnitudine Aegyptiaca in stupendis obeliscis ac pyra-  
midibus adhuc conspicua*, germanice.



Quæ in Helicone nostro nuper latino ore alternatim ceciderant bini ex poetis minoribus, paullo superius repetita sunt. Erant hi quidem FRIDERICVS WILHELMVS, L. B. a Geuder, dictus Rabensteiner, Berolinensis; et AVGUSTVS FRIDERICVS Martini, Halensis: a IOANNE AVGUSTO ab Häseler, Equite Magdeburgico, ad hoc tam dignum deuotæ mentis officium publice prouocati. Accedat nunc etiam tertii vox, quæ ante non succurrebat, CAROLI scilicet IAROSLAI Paczensky a Tenczin, Equitis Silesii: teutonico metro lætantis animi et pacem gloriosissime factam REGI AVGUSTISSIMO patriæque vniuersæ gratulantis cogitata sic edifferens.

\* \* \* \* \*

**S**lorwürdger FRIEDRICH, Held und König,  
Die Ehrfurcht ist zwar viel zu wenig,  
Sich bis zu Deinem Thron zu nahm:  
Doch macht die Menge Deiner Schaaren,  
So schrecklich sie den Feinden waren,  
Ihr ist bey Deinen Siegen Bahn.  
Sie eilt und legt sich vor Dir nieder,  
Und opfert Deiner Eron den Weihrauch ihrer Lieder.

Die Macht, die Deine Feinde schreckte  
Und sie mit Dampf und Blut bedeckte,  
Erschüttert zwar auch ihre Brust:  
Doch schöpft sie bey den Gnadenzeichen,  
Bey denen Krieg und Waffen weichen,  
Auch in dem Schrecken Muth und Lust.  
Denn was Dein Feind bey Dir erhalten:  
Wird, hofft sie, über ihr nun so viel leichter walten.

Dein

Dein Schlesien streut so viel Palmen,  
Und so viel tausend Lobepsalmen  
Bey Deinen Siegen jauchzend aus:  
So viel Dein Heer vor seinen Mauren,  
Die nun noch eins so lange dauren,  
Für ieden Mann und iedes Haus,  
Ja für die allerschlechtsten Hütten  
An Sicherheit und Ruh auf Deinen Wink erstritten.

Man merkt, wie Herz und Adern wallen:  
Und sieht mehr Freudenthränen fallen,  
Als Tropfen, wenn es morgens thaut.  
Was muß Dein Volk nicht von Dir hoffen;  
Da schon so pünktlich eingetroffen,  
Was es Dir seufzend zugetraut:  
Wenn Fried und Ruh in seinen Grenzen,  
Was Schwerdt und Feind entriß, in kurzer Zeit ergänzen?

Was ist wol Deinen Siegeszeichen  
Und Dir, o König, zu vergleichen?  
Wer zehlt sie und verehrt Dich nicht?  
Den Heldenmuth, den Du bewiesen:  
Die Huld, die auch der Feind gepriesen,  
Sieht man in seltnem Gleichgewicht,  
Warum? Man soll von diesen Gaben  
Und ihrer Mässigung nur ein Exempel haben,  
Wie eilte nicht auf allen Wegen  
Dein treues Schlesien entgegen,  
Als es Dich jauchzend kommen sah?

Es

Es rang mit freudigem Gedrenge  
In grosser und vermischter Menge,  
Bis es dem Heldenzuge nah  
Und bis vor Dich, o Held, gekommen:  
Und ward von Deiner Huld recht zärtlich aufgenommen.

Der Greis, der seit so vielen Jahren  
Gewissenszwang und Druck erfahren,  
Wünscht numehr wieder jung zu seyn.  
Warum? Die Freyheit, die Du liebest  
Und dem bedrengten Volke giebest,  
Flösst ihm die Kraft der Jugend ein:  
Indem er nun nach Flehn und Klagen  
Die lange Thränensaat sieht Freudenfrüchte tragen.

Die Witwe, die zuvor mit Grauen  
Ihr säugend Kind pfleg anzuschauen,  
So oft es ihre Brust gestillt;  
Als Grausamkeit und Aberglaube  
Mit Ketten, Blutdurst, Wut und Raube  
Die Häuser Schlesiens erfüllt:  
Besagt izt unter Deinem Schatten  
Den längst verschmerzten Tod von ihrem Ehegatten.

Denn unter Deines Scepters Schutz  
Hört izt dis Volk dem Feind zu Truße  
Die besten Lehren sicher an.  
Hilf Gott! wie eilt die frohe Menge  
Mit Lust und Eifer durchs Gedrenge  
Zum Tempel, den Du aufgethan?

So muß Dein Heerzug auf der Erden,  
Den Du zum Recht gethan, ein Weg zum Himmel werden.

Wird nun Dein Volk durch Dich beglücket:  
Mit was für Preis wirst Du geschmücket,  
Da Gott solch Heil durch Dich gethan?  
Hier denkt und schreibt, o Held und König,  
Der größte Dichter viel zu wenig:  
Was der wol, der kaum lassen kann,  
Ben solchen Zeichen Deiner Gute  
Durch Zions neuen Bau auf Schleßens Gebiete?

Dis Glück der treuen Unterthanen  
Beschützen Deiner Preussen Fahnen  
Durch Heldenmuth und Tapferkeit.  
Dis Heer brach auf ben Schnee und Kälte,  
Vom Rhein, der Pregel und vom Belte:  
Dir, Schlesien, zur Sicherheit.  
Wer will, wer darf dich nun verlezen,  
Da FRIEDRICH'S Helden sich dem Feind entgegen  
sezen?

Dis Heer, das Gott und Recht begleiten,  
Zertheit sich bald auf allen Seiten:  
Und schliesset Brieg und Glogau ein.  
Wer glaubt wol, daß beym ersten Schrecken,  
Da Schwerdt und Dampf das Land bedecken,  
Der Gegenthil kann sicher seyn?  
Und doch wird Glogau überstiegen:  
Da Stadt, und Schloß, und Wall im ersten Schlafse liegen.  
Der

Der Feind, um diesen Streich zu rächen,  
Entschließt sich endlich loszubrechen:  
Und hält bey Molwitz mutzig Stand.  
Hier drohte Bosheit, Wut und Rache  
Der Unschuld der gerechten Sache  
Mit Blut und Morden, Raub und Brand:  
Doch FRIEDRICH'S Heer stand da wie Mauren,  
An denen Feind und Wut den Angriff noch bedauern.

Wie, wenn der Donner grausam wittert,  
Sein Schlag besonders das zersplittert,  
Was seinen Gipfel stolz erhebt:  
So schlug mit furchterlichem Krachen  
Das Feuer, das die Preussen machen,  
Was FRIEDRICH'S Waffen wiederstrebt.  
Und endlich muß nachtausend Leichen  
Des Feindes tolle Wut bezähmt und furchtsam weichen.

Hier steht, ihr Helden unsrer Zeiten,  
Ein Denkmal, das den Ewigkeiten  
Einst euren Heldenmuth erzählt:  
Ein Heer, das sonst stets durchgedrungen  
Und seinen Feind beherzt bezwungen,  
Steht hier vor euch, wie halb entseelt.  
Warum? Bey so geschwinden Blitzen,  
Als euer Rohr erregt, kann sich kein Gegner schützen.

Indessen, da der Feind entfliehet  
Und seinen Rücken euch entziehet,  
Fühlt Brieg die Wirkung dieser Schlacht.

Hier sieht man unter Blitz und Knallen  
Den Muth bey ieder Bombe fallen,  
Der vor den Feind so stolz gemacht.  
Drum muß der Feind nach wenig Tagen,  
In Stadt und Wall bedrengt, zur Uebergabe schlagen.

Von da gehn unsers FRIEDRICH'S Helden:  
Dort an der Neisse zu vermelden,  
Was Glogau, Brieg und Molwitz weiß;  
Das ist, des grossen FRIEDRICH'S Ehre,  
Das hange Schrecken seiner Heere,  
Und ihren jüngst erfochtnen Preis.  
Wie glücklich lernt den Muth der Brennen,  
Samt Preussens Tapferkeit, die stolze Neisse kennen?

Nachdem auch Neissens Wall besiegen,  
Bleibt Schlesien bezwungen liegen  
Und FRIEDRICH dringt in Mähren ein:  
Vielleicht den Feind aus Wald und Hecken  
Zu neuen Treffen aufzuwecken;  
Wo nicht, doch in der Näh zu seyn,  
Um ihn von Raub und Mord und Brennen,  
So viel sein Eifer kann, zurücke ziehn zu können.

Drauf sieht auch Böhmen seine Siege:  
Alwo er dem gerechten Kriege  
Bey Chotosiz ein Ende macht.  
Der Feind, voll Bitterkeit und Galle,  
Von andern, doch zu seinem Falle  
Und FRIEDRICH'S Vortheil, aufgebracht:  
Sucht

Sucht hier den letzten Streich zu wagen,  
Und wird doch bis aufs Haupt und in die Flucht geschlagen.

Ihr, die ihr FRIEDRICH'S Heldenzüge,  
Die Frucht und Menge seiner Siege,  
Und was sein Heer für Wunder kann;  
Mit Ehrfurcht, wenn ihr sie beschreibt,  
Den Heldenbüchern einverleibet:  
Schreibt die bey Czaslau oben an.  
Nicht, weil man so viel Blut vergossen:  
Nein, sondern weil daraus der schönste Fried entsprossen.

Denn FRIEDRICH trachtet nicht auf Erden  
Durch Schwerdt und Kriegen groß zu werden:  
Er bleibt auch gnädig, wenn er schlägt.  
Der Lorbeer ist, o Held und König,  
Für Deine Großmuth viel zu wenig,  
Der keine Friedenspalmen trägt.  
Nur das ersteiten FRIEDRICH'S Heere:  
Der Unterthanen Ruh, des Allerhöchsten Ehre.

Bevor die Feinde nicht erstatten,  
Was Macht und Geiz entrissen hatten:  
Geht FRIEDRICH keinen Frieden ein.  
Ist aber Macht und Feind bezwungen,  
Und FRIEDRICH hat sein Recht errungen:  
So hört Er auf ein Feind zu seyn.  
Denn FRIEDRICH, unsre Lust auf Erden,  
Kann seinen Feinden nur zum Feind und Schrecken werden.

Monarch,

Monarch, dem in den meisten Reichen ist nicht  
Kein Fürst und König zu vergleichen,  
Den beydes Fried und Krieg erhebt:  
Wie wird Dein Schlesien erquicket,  
Izt, da es Dich, o Helden, erblicket?  
Und wie wird Deine Mark belebt:  
Die, wenn Dich Schlesien empfangen,  
Dir auch entgegen eilt, voll Sehnsucht und Verlangen?

Komm, Preis und Schild so vieler Staaten,  
Voll Gnad und Huld, voll grosser Thaten:  
Monarch und Vater, Fürst und Helden.  
Das Vaterland mit Huld regiren,  
Und doch so siegreich Krieg zu führen,  
Wird an den Grossen dieser Welt  
So glücklich, wie an Dir, verbunden  
Kaum alle tausend Jahr gesucht und auch gefunden.

Die Freude wird umsonst verborgen,  
Die izt den Deinen ieder Morgen  
Mehr als gedoppelt wiederbringt.  
Dein Sieg, o Helden, zeugt Heldenlieder:  
Die schlägt kein banges Seufzen nieder,  
Das anderswo der Krieg erzwingt;  
Und, was Dein treues Volk beflossen,  
Ist alles izt beglückt in Dir zurückgekommen.








F. ROSS  
Buchbinderei  
RÖSTOCK.  
*Willkommen heißt hier*



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn1672447437/phys\\_0024](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1672447437/phys_0024)

DFG



hier den letzten Streich zu wagen,  
och bis aufs Haupt und in die Flucht geschlagen.

ie ihr FRIEDRICH'S Heldenzüge,  
ucht und Menge seiner Siege,  
id was sein Heer für Wunder kann;  
ürfurcht, wenn ihr sie beschreibt,  
eldensbüchern einverleibet:  
hreibt die bey Czaslau oben an.  
veil man so viel Blut vergossen:  
en weil daraus der schönste Fried entsprossen.

FRIEDRICH trachtet nicht auf Erden  
Schwerdt und Kriegen groß zu werden:  
bleibt auch gnädig, wenn er schlägt.  
beer ist, o Held und König,  
ine Grobmuth viel zu wenig,  
r keine Friedenspalmen trägt.  
erstreiten FRIEDRICH'S Heere:  
anen Ruh, des Allerhöchsten Ehre.

ie Feinde nicht erstatten,  
lacht und Geiz entrissen hatten:  
it FRIEDRICH keinen Frieden ein.  
Macht und Feind bezwungen,  
FRIEDRICH hat sein Recht errungen:  
hört Er auf ein Feind zu seyn.  
FRIEDRICH, unsre Lust auf Erden,  
feinden nur zum Feind und Schrecken werden.

Monarch,